indultu habent. Itaque sicuti apostolici et regis nomina ad authoritatem[a] Masciacenses[b] ecclesiae in hac cartula continentur, nomina vestra, principibus et loco sancto faventes, subsignate, ut illorum indultu nostroque assensu aeternam immunitatem, sicut supradictum est, possideat locus ille, et quisquis haec violaverit illorum vestroque feriatur anathemate'. Hiis[c] auditis episcopi dederunt assensum libenter, nominibus suis signatam cartam firmantes.

Rodulfus[d] Bituricensis archiepiscopus hoc privilegium Roma detulit et apud Floriacum cum episcopis, qui aderant ante dominum Ludovicum regem, primus dato signo firmavit et ratum iudicabit[e], sicut placuerat domino papae et regi, s.[f] – Fridegisus episcopus assensum praebuit, s. – Isarnus episcopus, s. – R. . . . colenus[g] episcopus, s., Ruthene[h] sedis. – Ardimius Vallavorum[i] episcopus, s. – Bartholomaeus episcopus Albecuns[k]. – Rermannus[l] episcopus Nivemensis[m], s. – Stolidus episcopus Lemovicum[n], s. – Stabilis[o] episcopus Arvemorum[p], s. – Bladericus episcopus Galvadariensis, s. – Amalricus Turonum archiepiscopus, s. – Aldricus episcopus Caenomams[q], s. – Gerrilo[r] archiepiscopus Rhemorum[s], s. – Aegidius[t] episcopus Aurelianorum, s. – Launus archicappellanus[u], s.

Actum Floriaco domino[v] papa ed imperante et gloriosissimo Ludovico rege adstante in publico conventu cum consensu omnium, anno incarnatione[w] domini nostri Iesu Christi 839., indictione secunda, sub ciclo decemnovemlani[x] 1.[y], mediante Maiio[z], lunae[a] 26., feria 2ª.

---

a) authoritatem] auctoritatem. b) Masciacenses] Masciacensis. c) Hiis] His. d) Rodulfus] Radulfus. e) iudicabit] iudicavit. f) s.] *hier wie im Folgenden für* signum. g) R . . . colenus] *Lücke für drei Buchstaben im Ms.* h) Ruthene] Ruthenensis. i) Ardimius Vallavorum] Arduinus Vellavensis. k) Albecuns] Albiensis. l) Rermannus] Hermannus. m) Nivemensis] Nivernensis. n) Lemovicum] Lemovicensis. o) Stabilis] Stablus. p) Arvemorum] Arvernorum. q) Caenomams] Cenomanensis. r) Gerrilo] Wenilo. s) Rhemorum] Senonum. t) Aegidius] Agius. u) archicappellanus] archicapellanus. v) domino — imperante] *stark verderbt.* w) incarnatione] incarnationis. x) decemnovemlani] decemnovennali. y) 1.] 4. z) Maiio] Maio. a) lunae] luna.